

manifestum est quidem necesse fieri & aquam ex terra, & terram ex aqua. Similiter autem & aliorum vnum quodq;: & non tunc solum, sed nunc cum transmutantur passionibus. Sunt autem ex quibus dicit Empedocles, possibiles ad uenire, & separari, rursus & aliter aduerfantibus adiuuicem lite adhuc, & amicitia. ideoq; & tunc ex vno generata sunt. Non enim vtiq; ignis & terra & aqua existentia, vnum erant omne. Incertum autem, & vtrum principium ei ponendum multa, aut vnum. Dico autem igitur & terram, & coordinata horu. Secundum id. n. quod vt materia supponitur ex quo transmutata propter motum, sunt ignis, & terra, & aqua, vnum elementum, sicut id aut, qd hoc ex compositione fit, conuenientibus illis, illa autem ex dissolutione, magis elementa quatuor illa & prima natura.

Disputat contra Emp. specialiter duabus rationibus. Circa quas primam dicit qd Emp. vt contraria dicere non solum his, quae apparent sibi sensum, in quibus videmus ex aqua fieri aerem, & ex aere ignem: sed et videtur contraria dicere sibi ipsi, ex vna enim parte dicit, qd nullum elementum generatur ex altero, sed alia omnia elementa corpora componuntur ex eis. ex alia vero dicit, qd anteq; mundus hinc generet, contingit omnem naturam reru congregari in vnum per amicitiam, praeter litem: & qd rursus vnum quodq; elementoru, & et vnum quodq; aliorum corporu segregabitur per litem segregantem res, vnde manifestu est, qd per quosdam dicitur & passiones diuersoru elementoru factum est per litem, qd ex illo vno primo hoc esset aqua, & aliud esset ignis. Et exemplificat de dicitur & passionibus, sicut ipse dicit, qd Sol, & ignis est albus, & calidus, & leuis: Terra autem grauis & dura, et sic patet qd istae dicitur de nouo superueniunt elementis: oec autem quod de nouo aduenit potest auferri. Quia igitur dicitur sunt auferribiles, vtpote de nouo geniti, manifestu qd ablati huius dicitur, est necesse fieri & aqua ex terra, & terram ex aqua: & similiter vnum quodq; alioru elementoru ex alio. Et hoc non tunc solum, s. in principio, sed et nunc, & hoc per transmutacionem passionum. Et qd talis transmutacione passionum fieri possit, probat dupliciter. primo ex natura ipsaru passionu: quia ex his quae dicit Emp. sequitur, qd possit de nouo aduenire: puta per litem segregantem, & rursus separari ab elementis, puta per amicitia unientem. Alter ex causa illaru passionum, nam quia et nunc contrariantur, s. & amicitia, sicut in principio: ergo et nunc elementa possunt transmutari sicut dicitur & passiones: & ideo tunc, s. in principio mundi, ex vno generata sunt elementa superuenientibus his dicitur. Non enim potest dici quod ignis, terra, & aqua existantia, essent vnum totum. Secundam rationem postea ponit, ibi: Incertum autem. Et dicit qd incertum est, vtrum Emp. debuisset vnu principiu ponere, vel multa, quauis ipse multa posuerit, s. ignem, terram, & aqua, & alia quae coexistunt eis. Id autem dicit esse incertum, quia ex quo vnu ponebat, ex quo sicut ex materia sunt ignis, terra, & aqua per aliquam transmutacionem a lite segregantem, vti qd fit vnu elementum, sed in quantum illud vnum fit ex compositione elementoru: in vnum conuenientium per amicitiam. Illa autem s. a. elementa, in quantum sunt ex illo vno per quadam dissolutionem per operationem litem, vti magis qd illa quatuor sunt elementa, & principia, & prius natura, & hoc magis attendebat Emp. ponens res fieri per congregationem & segregationem. Arist. tamen in praecedenti ratione probat qd necesse est elementa fieri non per solam segregationem, sed per quadam transmutacionem superuenientem dicitur elementis: ex quo sequitur contrariu eius quod intendebat Emp. s. qd illud vnum sit magis principiu. Deinde cum dicit,

Te. c. 5.

ATAV

In gnone percut dicitur habitae & nouae accipiuntur.

Secunda r.

LECTIO III. Cur de generatione ac corruptione dicendum sit. Democriti deinde cum sua ratione de generatione Sententia tractatur, & ad eius veritatem duae afferuntur quaestiones quarum altera soluitur, ea videlicet, an rerum principia diuisibilia si sint, corpora sint, an superficies.

Omnia itaq; de Generatione & Corruptione simpliciter absolutaq; vtrum sit necne, & quo pacto sit, & de ceteris absolutis motibus, verbi causa de Accretione & Alteratione, dicendum est.

Vniuersaliter itaq; de Generatione & Corruptione simpliciter dicendum, vtrum est, aut non est, & quo est. & de aliis simplicibus motibus, puta de Augmentatione & Alteratione.

Postq; Philosophus prosecutus est opinionem antiquoꝝ circa dicitur generationis & alterationis, hic incipit determinare de generatione, & alteratione, & de alijs motibus. Et circa hoc duo facit, primo dicit de quo est intentio, secundo incipit prosequi suam intentionem, ibi: Democritus autem & Leucippus. Circa primum duo facit, primo ponit suam intentionem, secundo assignat suae intentionis rationem. ibi: Plato, n. igitur. Dicit ergo primo, qd, quia Antiqui Philosophi dubitauerunt de dicitur generationis, corruptio nis, et alterationis: dicendum est nobis in vti de simpliciter generatione & corruptione, s. sicut quid aliquid dicitur simpliciter generari & corrumpi, vtrum, s. generatio simpliciter est, aut non. Nam si illos, qd dicunt generationem ab alteratione differre, generatio simpliciter est: non autem eos, qui eorum dicitur negant, & si est simpliciter generatio, dicendum quo est. Et sit est de alijs motibus, qui ordinantur quodammodo ad generationem simplicem, vti supra dictum est, puta de alteratione, & augmentatione. Deinde cum dicit,

Plato igitur de generatione ac corruptione quomodo rebus ipsis competant, considerauit solum, nec id quidem de omni, sed elementoru. quomodo vero carnes, aut ossa aut quippiam aliud tale gignatur, nequaquam. Insuper nec de alteratione, nec de accretione, quoniam pacto rebus ipsis contingant. Ad summam, de nulla mutatione, nisi superficiei tenus quicquam ullus definitur, praeterquam Democritus, cui omnia fuisse curauident: sed in hoc nempe qua nia ac ratione fiant, iam discrepat, nam nec de accretione quisquam quicquam definitur, sicuti diximus, quod non vel quibus dicat. Dixerunt enim, res ipsas accessu rei similis augeri: id autem quoniam pacto fiat, nihil praeterea dixere. Nec de missione, nec de aliorum prope dixerim ullo, verbi causa de actione & passione, quoniam modo aliud agat, aliud patiatur in actione naturali.

Plato igitur solum de generatione scrutatus est & alteratione, quomodo existit in rebus: & de generatione non omni, sed de ea quae elementorum. quo autem carnes fiant, aut ossa, aut aliorum quid aliud talium, nihil. amplius neq; de alteratione, neq; de augmentatione quo existit in rebus. Vniuersaliter autem extra ea, quae superficiei tenus, de nullo aliquid constituitur praeter Democritum. hic autem videtur de omnibus curam habere. iam autem in qualiter & quo, differt. De augmentatione. n. nullus quicquam determinauit, vti dicitur, nisi quod & quibus diceret: quoniam aduenientia se simili augmentatur, quo autem hoc fiat non amplius, neq; de missione, neq; de aliorum constituitur, vti ita dicam, vti, vti puta de facere, & pati, Tho, de gen.

VATAB.

ANT. Te. c. 5. Proponit intentione sua Arist.

ATAV

VATAB.

ATAV

ANT. Te. c. 5. Deficiens rō Plato.

ATA Curiosus Democ.

A iij quo